

b14300230 i15936173

LIBERTAS
CHRISTIANORUM
A Lege Cibaria Veteri,

DE
SANGUINE ET SUFFOCATO


Demonstrata & ab Instantiis

STEPHANI CURCELLÆI
Defensa.

INSERITUR
COMMENTARIUS IN CONSILIUM
HIEROSOLYMITANUM.

Auctore

JOH. HENRICO HEIDEGGERO,
S. S. Theol. & ejusdem in Illustri Arnoldino,
quod est Steinfurti, Professore.



AMSTELODAMI.

Apud ÆGIDIUM JANSSONIUM
VALCKENIER, Bibliopolam. 1662.

Illustrissimis & Generosissimis

COMITIBUS ac DOMINIS,

COMITIBUS in BENTHEIM,

TEKLÆBURG, STEINFURT &

LIMBURG, DOMINIS in RHE-

DA, WEVELINGHOVEN,

HOYA, ALPEN & HELFEN-

STEIN; LIBERIS BARO-

NIBUS in LENNEP,

PRÆFECTIS HÆRE-

DITARIIS CO-

LONIAE.

Dominis ac Mœcenatibus suis

Clementissimis.

ILLUSTISSIMI & GENE-


ROSISSIMI DOMINI.

NUllum est in cultu Dei no-
centius malum, quàm super-
stitio. Cum enim Deus Do-
minus noster Majestatem su-
am quam maximè apud Mortales in
liber.

CAPUT PRIMUM.

BREVIARIUM.

Discrimen notatum inter θεωρητικὰ ἔπρακτικά. Quæstionis momentum ἔ difficultas. Non agi de sanguine humano. Crudelitas sanguinem hominis bibentium. Assivatus. Tertullianus, Theophylactus, Cyrilianus notati. Synodi Constantinopolitanæ canon 67. explicatus. Lucanice. Ἀλλὰς. Ἀδαιτοπόλαι. μικροῦ. Botulus. Ius nigrum Laconum. Suffocatum quid? θεωρίαι. θησιμῶσι. הלל. πύξι παχέων ἀγέων σπύριον quid sit Athenæo? Non quæri de abstinentia Medica vel Physica: Sed de religiosa. Religionis præcepta distinguuntur. Controversiæ status. Indeorum dividie. יתה כן רבא. Omophagia. Muhammedanorum sententia ex Alcorano, Kessæo, Elmacino, Bleda, Avicenna. Nec non Essenorum, Græcorum, Moscovitarum, Armenorum, Habessinorum, Angelocratoris, Becmanni, Salmasii.

I.  St ita omnino in natura comparatum, ut iis in negotiis, quæ θεωρητικὰ nuncupantur, & liberalem habent, ac utilem cognitionem, non tantum periculi vel dubitanti immineat, vel definitivam sustententi; quantum ei, qui ἐν τοῖς πρακτικῶσι, quæ actionibus subsunt, fluctuat, & opinionibus subinde pen- let, neutram in partem firmiter constitutis. Ac prius factè in mortalitate nostra appetendum etiam ultro esset, omnibus insito vitio ex parte cognoscentibus, & ex parte prophetantibus; etiam iis, quorum ingenium utili exerci-